re locum in vltimis volūtatib⁹ quia qs non pōt decedere cū plurib⁹ testamētis.l.posthu mus.§.si paganus.ff.de lib. & post. & in.l.si quis priore. ff. ad trebell. & in.§.posteriore. inst.qbus mod.testamē.infirment.sed cōtra ista iura obstat tex.in.l.fi.ff.de here. inst. sed rñdeo vt ibi p Imolam in.v.col.& p Bal. & ita dixit Dñs Carolus hic ꝙ lex scire debe⸗mus nō habet locum in vltimis volūtatib⁹. ¶ Sed aduertēdum est ad istud ꝙ dicit pre ceptor me⁹:quia istud non vr̄ bene dictū nā ꝑfata iura locum hñt in diuersis testamētis hñtibus diuersam formā.nā testator non po test decedere cum plurib⁹ testamentis & rō not.esse potest quia si posset introduceref re pugnātia in voluntate testatoris nā si instituisset puta sempronium vniuersalem suum heredē & postea faceret aliud testm̄ & insti⸗tueret Cornelium vniuersalem heredem di⸗co ꝙ nō potest decedere cum istis duob⁹ te stamētis & ita loquūtur iura allegata in ꝯtra rium & rō est quia isto casu est contrarietas in voluntate ꝙ velit Sempronium & nō ve lit volendo Cornelium q̄ repugnātia in vo⸗luntate solet vitiare.l.vbi repugnantia.ff. de reg.iur.ꝑterea ex alio nō potest decedere cū duob⁹testamētis quia vr̄ isto casu velle vnū ꝙ est ipossibile a iure ꝙ duo sint insolidum domini in vna & eadē re ꝙ esse non potest: quia vbi sedeo,tu sedere non potes.l.iii.§.ex

contrario ff. de acqui. poss. & in. l. si vt certo. §. duob⁹ vehiculū. ff. cōmo. sed hic esto ꝙ lex fingat qs decedere cum plurib⁹ testamentis hoc posset tollerari quia non causat aliqua repugnantia testatoris ex hoc neq; inducit aliqd possibile a iure: quare reiecta ista solutione dñi laurētii. dico ꝙ lex scire debemus nō habet locum in vltimis volūtatib⁹ p tex. in. §. igit. inst. de pupil. vbi sunt due hereditates & tñ vnū est testm̄: nec obstat si diceretur hic sed ꝙ lex scire debem⁹ deberet habere locum in vltimis voluntatib⁹ quia de ꝯtractib⁹ ad vltimas voluntates bonū sit argumentum. vt in. l. q̄ delegato. ÿ. de leg. i. qa ad istud r̄ndeo ꝙ non est bonum argm̄. de stipłone ad vltimas voluntates quia in stipulatione fit stricta interp̄tatio. l. quicqd astringende. ff. de ṽb. obl. in vltimis voluntatib⁹ vero fit larga interp̄tatio. l. in testamētis. de reg. iur. vel scd'o r̄ndeo ꝙ illud verū est quatenus repitur facta argumentatio a lege vel quatenus militat rō legis vt fiat argumentatio vel non repugnat auctoritas legis vt dicit Dec. in. l. in testis. de reg. iu. declarat etiā Iason in. d. l. q̄ delegato. & dñs Vicenti⁹ Arculanus in sua tractabili disputatiōe sed hic repugnat auctoritas. l. videlicet. §. igit. de pupil. repugnat etiā rō quia diffinitio testa. non cōuenit legato neq; ēt reperit facta argumētatio de. l. scire debem⁹ ad testm̄ ergo &c.

¶Hāc tñ ꝯclusionē ꝙ legata sint accessoria testamēti intelligas ꝑcedere quod sint accessoria voluntaria. vt in. l. i. §. quis neq̧. ff. de here. inst. non autem intelligas esse necessaria ut sunt ripe flumina & littora maris q̄ sunt eis accessoria. vt i. §. ripe. & in. §. littora. insti. de rerū diui. intelligas etiā ꝙ sunt accessoria testamēti nō tñ assumunt naturam testi. nam testō facto si postea fiat pactum ꝙ ipsum nō possit reuocari tale pactum ēt iuramento valatum nihil opatur: quia est cōtra bonos mores: vt habet in. l. stipso hoc modo cōcepta. ff. de vb. obl. secus est in legato quia si fiat pactum ꝙ nō possit reuocari tale pactum valebit. tex. est in. l. illud. ff. de dona. cā mortis. iuncta. l. vbi ita donat. ff. eo. tit. & sic apparet ex his illud ꝙ dixi supra nō esse ꝓpriū accessorium legatū testi: intelligas ēt istā ꝯclusionē ꝙ legatum est accessorium testi non tñ quo ad potentiā testi nā facilius reuocat legatum quā testm̄. l. ex parte. ȷ̄. de adimē. leg. item intelligas istā ꝯclusionem vt non ꝑcedat quo ad originalem naturā testamenti nā licet legatum accedat testō tamē nō assumit originalem eius naturā q̄ est de iure gētium vt. ȷ̄. dicā: legatū vero ē de iure ciuili vt infra dicā sed legatū in hoc est accessorium testamēti: quia quemadmodum mēbra q̄ dependent a capite hominis dicūtur accessoria ad ipsum caput: ita etiā quia institutio est caput

testamenti.§.ante heredis.inst. de leg. rōne istius institutiōis dicunt accessoria: item dicuntur accessoria quia moriuntur vna cū testamento.l.si nemo.ff.de testa.tutella. Quod est de natura accessorii.l.nam que accessionum.ff.de pecul.leg.potest tñ dici ꝙ legatū assumat naturā test. in hoc nā sicut testm̄ nō potest dependere ab alieno arbitrio.l.illa institutio.ff.de here.inst.ita etiam legatum vt in.l.i.ff.de leg.ii.& ibi Barto.

¶ Ex pdictis videlicet ex intellectu Socy. ad auctē.ex cā.quē intellectum teneo quod ibi legata substinent quia ibi fingitur testm̄ valere & nō esse ruptū ac irritum; infert vna ꝯclusio ꝙ vbi testm̄ vere nō valeat nec ficte substinetur ꝙ legata nō debētur & rō sit huius ꝯclusionis quia legatum est accessorium testamenti & moritur cum ipso testamēto.

¶ Limitabis istā ꝯclusionē aliquib' modis. Primo qñ testator vetuit falcidiā quo casu nemo voluit adire hereditatē ꝑpter cōmodū nō ꝑpriū. vt inst. ad.l. falci. & in.l. cū de indebito.ff.de ꝓbatio.quo casu testm̄ nō valet & redditur nullius valoris. vt.l. si nemo. ff.de testa.tutel.nihilominus legata debētur ex illo testō quod est nullū & iō fingitur valere.tex.est no.in.§.si vero expressim.in auc. de here.& falci.& illum tex. ad hoc allegat Bar.in.l.nemo potest.in.i.col.ff. eo. & Bald. in.l.filium quē habentem.C.famil.hercis.&

Romanus

Romanus in auct. similter. C. ad. l. fal. Paul. de cast. in consi. ccclx. hác sane limitationē intelligas ꝓcedere qn̄ illi ad quos deuoluit hereditas secundū ordinē illius tex. adeunt hereditatē alias nullo adeunte legata nō deberētur. gl. est no. i. l. qui filio. ff. de here. inst. & ꝑ illa glo. facit vna not. rō q̄ est noua vbi nō est ꝯtractus vel quasi ibi nō est obligatio nā obligatio descēdit ex cōtractu vel ex quasi vel ex maleficio vel quasi. vt in. l. i. ff. de ac. & obl. actio vero orit̃ ex obligatione. vt in l. licet. §. ea obligatio. ff. de ꝓcurato. & dixit glo. inst. de obl. in glo. fi. si ergo nullus adiuit nō est nata obligatio & sic neq̧ actio idō legatarii nō possunt esse in iudicio pro legatis. quia nemo sine actione experit̃. l. si pupil. §. videamus. ff. de neg. gest. secus tn̄ est in fideicōmisso vniuersali quia si ipse heres fuit prohibit' detrahere falcidiā & ob id noluit adire hereditatē quo casu testm̄ fuit caducū fideicōmis. non debet̃. ita dixit Bal. not. in l. filiū quē habentē. ff. famil. hercis. xii. col. & dicit ꝙ hoc fuit nouū dictū Iacob. de belui. in auct. de here. & fal. in. §. hic nobis. & q̄ fuerit rō diuersitatis ea est secūdū eos. qa est imputādum fideicōmissario quare nō impulit heredē adire cum potuerit mediāte officio iudicis. l. quia poterat & l. si legatus & ibi Bar. ff. ad treb. que ratio cessat in legatariis. l. si qs omis. ff. si qs omis. cā. testa. & q̄ fuerit

ratio quare legatarii nō potuerint cōpellere
heredē declarat not. Bar. i. l. i. i. iiii. col. ĩ. eo.
¶ Sed ista rō pariter ac eorū dictū non vide
tur apud me tuta: & tutū. Primo ratio nā ex
ista rōne infertur ꝙ si fideicōmissario nihil
potuit imputari ꝙ potest contigisse ex ali-
quo casu ꝙ fideicōmissum debet & tamē ali
quo pacto nō debetur secundū eos. Secūdo
dictū videtur esse cōtra tex. in. §. si vero aūt.
in auc. de here. & fal. cogitabis tñ quia dictū
& ratio per me impugnata ab omnibus in
prefatis locis approbatur.
¶ Baldus tamē & Ang. in. l. eam quā. C. de
fideic. & in. l. i. C. si quis omis. cā testa. dicūt
tex. in. §. si vero expressim nō ꝓbare dictam
limitationē vt ibi p eos: sed dico ꝙ ille tex.
probat hoc modo inducendo ibi eni Impe-
rator refert se ad dispositionē traditā prius.
in. §. si quis autem. eo. tit. ſm quē legata cō-
seruātur hereditate nō adita. p heredē scri-
ptum. vt in. §. si vero nullus. ii. igitur & illa
dispositio debet habere locū hereditate nō
adita cum ea ꝯtineantur in dispositione refe
rente que cōtinētur in dispositione ad quam
fit relatio vt. l. si ita scripsero. ĩ. de ꝯdi. & de-
mon. & in. l. asse toto. ŝ. de here. inst. quam
inductionem nota quia est noua ad illum
tex. cogitabis tamen super ea.
¶ Secundo limito vt nō habeat locū in le-
gatis ad pias causas q̄ debētur ex testamēto

nullo ex eo quia hereditas non fuit adita &
ita tenet speculator in tit. de testa. in §. noīe
alieno & vltra eum probo istam limitatio-
nem compluribus mediis.
¶ Primo quotiēs testator ꝓhibuit falcidiā
legata debētur hereditate nō adita. d. §. si ve-
ro expressim. sed in legatis ad pias causas
inest tacita prohibitiua clausula legis ne de
trahat falcidia vt notatur in auct. similiter.
C. ad. l. fal. ergo ēt isto casu legata dicūt de-
beri vt par sit virtus taciti & expressi. l. cum
qd. ff. si. cer. pet. preterea si illud fit in prohi
bitione hominis. in. d. §. si vero expressim.
quanto magis in prohibitione legali.
¶ Secūdo adduco tex. in. l. i. C. de sac. sanc.
eccle. vbi tex, dicit liber sit filius. q tex. vult
inuere ꝙ iudiciū ad pias causas debeat esse
liberū a iuris solēnitatib⁹: quā inductionem
facit Bar. & Paul. de cast. in. l. eā quā. C. de
fideic. & pro tali inductione facit tex. quē no
tat Ang. in auct. de testi. col. ix. §. si igit. vbi
notat ꝙ q habet liberā potestatē alienādi in
telligit eā habere nō subiectā iuris solēni-
tatibus: & vide ad ꝓpositum Imol. in. l. fili⁹
familias. ff. de dona. ergo ille tex. ꝓbat ꝙ le-
gata nō sunt subiecta iuris solēnitatib⁹ & sic
legata debētur ex testō in quo nō fuit adita
hereditas que est de solēnitate testamenti.
¶ Tertio adduco illud ꝙ voluit Alex. in. l.
senium. C. qui test. fa. pos. vbi dixit ꝙ in testa

mento ad pias causas nõ seruātur iuris solẽnitates sed seruat̃ ius gentium.ca.cũ esses.&.ca.relatũ.extra de test.& hoc dicit glo.ẽt in l.i.de sac.san.eccle.si ergo sunt remisse solennitates ergo est remissa aditio.

¶ Quarto adduco illđ qđ voluit Dñs Ioã.cãpegius ĩ.d.l.seniũ.vbi dixit ꝙ filius familias poterit testari ad pias causas de ꝯsensu patris & tamẽ regula iuris est ꝙ testamẽtum non potest dependere ab alieno arbitrio.d.l. illa institutio si ergo fauore pie cause receditur a regula iuris ita etiã hic recedi debet & hereditate non a dita & sic testamento nullo legata debeantur.

¶ Quinto adduco vnũ dictũ ꝙ est q spiritu dei agunt̃ nõ sũt sub lege.ii.q.ii.c.duę sunt.& facit ꝙ no.Bar.in repetitione.l.i.C de sac.san.eccle.maxime ad finẽ & hoc dixit Imol.in.l.tam his. Ioã. cãpegius ĩ.d.l. seniũ.ergo legata debent deberi hereditate non adita.

¶ Sexto adduco tex.in.d.l.i.de sac.sanc.ecc.vbi tex. dicit ꝙ iudicia ad pias causas non sunt cassa nec irrita ergo aliquo modo.

¶ Septimo legata debentur rõne pietatis & affectionis q̃ alias nõ deberẽtur,vt.l.in testõ.ff.de fideic.lib.& notat̃ in.l.cũ qua.C.de fideic.sed nulla maior affectio quã ad se ip̃m & ad animã ꝓpriã cũ omnis charitas ordinata ĩcipiat a seipso.vt.l.ꝑ ses.C. de ser.& aqua.sed legata q̃ fiunt:fiunt affectione piorũ lo-

eorum: & sic pro salute animę relinquentis. vt. l. nulli. C. de sac. sanc. eccle. & in. l. si qs a titio. ff. de leg. ii. cum ibi not. ergo debent deberi omnino.

¶ Octauo licet heres nō adeat hereditatem & sic testamētū sit nullū tamen venientes ab intestato debēt soluere legatū q sunt taciti heredes. l. cōficiunt. ff. tit. i. nāq heredes qui cunq sint: tenentur redimere captiuū testatorē. vt in auc. si captiui. C. de epis. & cleri. si ergo tenentur redimere corpus multo magis aiam qd faciunt soluendo legata piis locis.

¶ Nono & vltimo facit tex. in. l. sunt persone. ff. de religi. & sump. fune. & ista opinio nititur equitati que saltem debet seruari in foro mercatoris: in quo seruat mera equitas: vt per Barto. in. l. quintus. ff. mandati & solū deberet etiā seruari in terris ecclesie. vbi seruat ius pōtificiū: q cōsistit in mera equitate. c. i. de pac. & si qs dicat cōtra istā opinionem duo videt offendere animā defuncti: & piū locū tn̄ habita venia teneo ɔtrariā partē quā puto de rigore iuris veriorē eē & me mouēt ad ita tenendum aliqua.

¶ Primo libertas dicitur causa pia ita not. Ang. in. §. multis. inst. de liber. & Dec. in. l. quotiēs dubia de reg. iur. Bar. in. l. si vnus. C. de test. sed libertas q est causa pia nō debetur hereditate nō adita. l. si qs omissa. ff. si qs omissa cā testa. ergo nec legatū ad pias cās:

¶ Secũdo pia causa & libertas habẽt par iu-
ditiũ & parem determinationé. doctrina est
not. Bar. in. l. ꝓxime. §. nomẽ. ff. de his que
in test. delen. accedit etiã illud quod voluit
Bar. in. l. i. col. ii. ff. de leg. ii. vbi dixit ꝙ sicut
legatũ ad pias causas põt depẽdere ab alie-
no arbitrio ita etiã legatũ libertatis & dixit
in ꝓposito Bar. in. l. i. C. de sac. sanc. eccl. in
iii. q. v. partis principalis ꝙ libertas & eccle
sia equiperantur.
¶ Tertio fiscus q est vtilitas publica cõcurrit
cũ priuato nisi reperiaẽ expresse priuilegiatꝰ
glo. in. l. item veniunt. ff. de peti. here. ergo
etiam pia causa non debet esse priuilegiata:
nisi reperiatur expresse priuilegiata: ergo de
bet ꝯcurrere cum priuato in dubio: eo maxi
me quia ecclesia est gremiũ iustitię & equita
tis: & semꝑ censeẽ velle illud quod leges di
sponunt in dubio. vnde dixit Diuus Augu-
stinus qui vult filiũ spoliare & ecclesiá insti-
tuere seu vestire: aliũ sibi querat heredé & ex
isto fundamẽto dixerũt aliqui in. l. stipula-
tio hoc mõ cõcepta. ff. de ver. obl. ꝙ dona-
tio omniũ bonorũ p̄ntiũ & futurorũ nõ va-
let sicut non valet in priuato vt ibi p Doc. cũ
ergo legata nõ debeaẽ facta priuatis ex testõ
nullo. d. l. si nemo. ita etiam facta piis locis.
¶ Quarto & vltimo dico ꝙ legata nõ pos-
sunt deberi facta piis locis ex testamẽto nul
lo arguendo a sufficienti partium enumera-

tione: aut ecclesia vult istud legatũ esse debi
tũ ab herede instituto: & hoc esse nõ potest
quia cum ipse nõ habuerit cõmodũ non de
bet etiã habere incõmodũ & sic ecclesia nõ
debet cõsequi istud legatũ ab ipso quia hoc
casu locupletaretur cũ aliena iactura ꝙ esse
nõ potest quia ipsa est gremiũ iustitie & re-
pugnat lex naturalis. l. nã natura. ff. de cõdi.
inde. nec etiã põt si vellet quia ipsa nõ habet
actionẽ contra ipsum heredẽ cũ ipse non sit
obligatus aut volumus ꝙ tale legatũ debea
tur a venientibus ab intestato & hoc esse etiã
nõ potest quia ipsi non fuerũt rogati in ipso
testamẽto: aut volumus dicere ꝙ hoc sit spe
ciale: & hoc pbari debet: quia est p̄sumptio
contra istud speciale. l. verius. ff. de proba.
¶ Et si diceretur ꝙ sicut hodie fauore liber-
tatis cõseruatur legatũ libertatis licet heredi
tas nõ sit adita vt. l. fi. C. de manu. test. illud
idem debeat dici in legato ad pias causas &
multo magis arg. tex. i. l. sancim⁹. C. de sac.
sanc. eccle. & faciũt ea que dicta sunt de equi
peratione libertatis ad piã causam & ita di-
xit Paul. de cast. in. l. eã quã. C. de fideic. ad
hoc ego respõdeo ꝙ fauorabilior est liber-
tas quã pia causa. & data istãtia corruit arg.
nã legata libertatis minuũt legitimã filii vt
ff. de inofi. test. l. papinianus. § iiii. & tamen
legata ad pias causas nõ minuunt. vt in auct.
similiter. & ibi per Doct. C. de sac. san. eccle.

& alias instantias dat Saly.in.l.i. C. de sacr sanc.eccle. vt per eum.
¶ Et tenendo istā opinionē quam tenuit Saly.in prefato loco & cōplures alii in .l. eam quā.ff.de fideic.& fortasse est cōis.nō obstāt que adducuntur in contrarium.
¶ Primo nō obstat tex.in.§.si vero expssim. quia ad illū tex.rñdeo multipliciter. Primo dico q ille tex.exhorbitat a regl'is iur. ergo nō debet extēdi ad istū casum arg. tex.in.l. cū quidā.ff.de lib. & posth. secūdo rñdeo q ille tex.loquit in phibitione testatoris & sic ho'is in casu aūt nostro sumus in phibitione legati.& diuersa est rō inter vnā & aliā vt voluit glo.in.l.filius familias.§.meminisse.ff.d dona.& est tex.in.l. celsus.§.fi.ff.de receptis arbitris & ibi notat & p intellectu illius legis videas tex.multū singularē in.l.si libert' & ibi Bart. de iure patro. vel tertio rñdeo q ille tex. loquit de phibitione totius hic aūt sumus in phibitione ptis sed obstat tex.ptra istā solōnē in.l. q de tota.ff. de rei vendi.
¶ Vltimo rñdeo & ista solutio mihi placet nā ille tex.loquit qñ heres scriptus nō adiuit hereditatē propter phibitionē falcidie a testatore factā quo casu hereditas nō deuoluitur ad veniētes ab intestato sed lex introducit quandā formā & ordinē in succedendo vt ibi p eum quē qdem ordinē lex phibēdo detractionē falcidie ex legatis ad pias cās nō introduxit ergo ille ordo seu illa for-

ma nõ debet extẽdi ad istũ casum qa forma nõ recipit aug. ƒm Bal. in. l. fi. C. de suis & legi. & sic iste vr̃ verus intellectus ad illũ tex.
¶ Nõ obstat tex. in. l. i. quia rñdeo q͡ ꝯtra illã inductionẽ est tex. in. l. gñali in versiculo rõne iuris munitũ. C. de sac. sanc. eccl. & est tex. in. l. si qñ in princ. C. de inof. test. Non obstat tertiũ quia fateor verũ esse tñ debet seruari solennitas aditionis q̃ causat legatariis actionẽ. licet nõ seruet̃ solennitas testiũ. Nõ obstat quartũ quia illud habet maximũ dubiũ vel posito q͡ esset verũ dico q͡ singularia nõ sunt multiplicanda. l. ius singulare. ff. de leg. & hinc est q͡ duo singularia nõ recipiunt̃ in vno subiecto. nisi vnũ veniat in ꝯsequentiam alterius. quo casu vnũ reputat̃. l. i. C. de dotis promiss. Bar. in. l. iurisgentiũ. §. quinimo. ff. de pac. & in. l. singularia. ff. si cer. pet. & in. l. si quis ne causam. ff. si cert. pet.
¶ Nõ obstat quintũ quia illud intelligit̃ q͡ nõ sunt sub lege scilicet peccati sed bñ sunt sub lege honestatis & positiua ita dixit imola in. l. tam his. ff. de dona. cã mor. & illã declarationẽ secut⁹ est Ioã. cãpegi⁹. i. d. l. seniũ.
¶ Nõ obstat sextũ quia rñde vt p glo. Non obstat septimũ & octauũ quia rñde not. vt p Sali. in. d. l. i. de sac. sanc. eccl.
¶ Tertio limito quando testator disponeret q͡ legata debeant̃ ex testamento nullo & hereditas non fuit adita quia legata isto casu non erunt caduca ita consulendo tenuit

Paul. de cast. in con. cccxcii hoc idē tenuit Romanus in auct. sive C. ad. l. falc.

C Sed ista limitatio apud me videt dubitabilis quia puisio hois nō facit cessare puisionē legis. l. ius publicū ff. de pac. & in. l. iii. §. de test. puisio tñ hominis facit cessare puisionē legis qñ illa puisio legis est de iure singulari tex. est in. l. fi. C. de pac conuē. & est glo. i. l. assiduis. C. q poti. in pig. habe. & ita declarat Bal. in. l. si cū dotē in. ii. col. §. solu. matri. ergo testator nō pōt facere cessare lege si nemo. §. de testa. tutel.

C Secūdo obstat tex. in. l. nemo. ff. de leg. i. in hac tñ difficultate ꝯsidera aut vult ꝙ legata debeant ex testō hereditate non adita & hoc esse non pōt qa ex actu nullo nullus debeat resultare effectus in hoc pcedunt ꝯtraria: aut vult q legata debeant hereditate non adita ex testō & hoc esse pōt si vult ꝙ veniētes ab infestato cēseant instituti in isto testō & ista verba vident hoc opari ꝙ fuerint vocati veniētes ab intestato & ita intelligo istā limitationem: cogita tamen.

C Quarto & vltimo limito qñ in testō esset appositū iuramētū nā isto casu hrditate nō adita legata deberent quia p tale iuramentū veniētes ab intestato censent vocati in isto testō vt p Bar. in. l. cum pater. §. filius mater. de leg. ii. sed alias vide virtutes iuramēti vt p Doct. in. l. si quis maior. C. de transac.

¶ Retēta illa ꝯclusione ꝓ vera ꝙ legata sint accessoria testamēti: dubitari pōt an sint par tes ipsius testi: & in hac difficultate Cynus & Alex. hic tenēt ꝙ nō monent vnico & singu lari fundamēto; illa dicit esse pars. sine qua totū est inutile. l. malū. ff. de verb. sig. sed te stamentū est vtile sine leg. l. i. §. q neq̄. ē. de here. inst. & istud est ꝙ reperio scriptum ab ipsis & etiam ab aliis.

¶ Sed vltra Doct. pro ista sententia plura in mediū afferam primo adduco auctoritatem glo. Rub. que vult legatū esse accessorium: ergo excludit esse partē nā inclusio vni⁹ est exclusio alterius. l. cū pretor. ff. de iud.

¶ Secūdo ego ꝯsidero tex. in. l. q̄ ꝯditio. ṡ. de ꝯdi. & demon. quam ēt Soci. ibi ꝯsiderat col. ii. vbi dicit tex. ꝙ ꝯditio adiecta heredi bus dicit esse totius testi: ita ꝙ cōprehendit institutos & substitutos: non aūt legatarios: tūc inducas illū tex. sic testamētū ibi qđ ꝯsi derat quid totale consistit ex institutione & substitutione ergo legatū non est pars testa mēti: quia si legatū esset pars testamentum consisteret ex legato.

¶ Tertio ꝯsidero tex. in. d. l. malū vbi iurecō sultus dicit artemonē esse additamentū & ac cessoriū nauis & tn̄ inficiat esse partem ergo legatū veluti accessorium non erit pars testi.

¶ Quarto remota parte totū non remanet: vt patet in domo q̄ cōsistit ex parietibus qui

ſunt partes domus ſm Bar.in.l.q vſumfructꝰ .ff.de ver.obl. qbus ademptis nō erit domus & tñ adēpto legato erit teſtm̄.l.ex parte.ꝭ.de adim.leg.ergo legatū nō eſt pars teſtamēti.
¶ Quinto totius & partis idē debet eſſe iudiciū.l. q̄ de tota.ff.de rei vend.& dixit Bar.in l.imperiū.ff.de iuriſd.om.iud.quod idē iudicamus de iudice q eſt Dn̄s vniuerſalr ſui territorii:quod iudicamus de imperatore q eſt. Dn̄s vniuerſalis totius orbis.l.deprecatio.ff. ad.l.rhodi. quia totius & partis idē eſt iudiciū & aduerte ad intellectū illiꝰ tex.quod nō ſolū imperator eſt Dn̄s omniū rerū quo ad iuriſd.ſed ēt eſt Dn̄s quo ad verū dn̄ium. & ſi diceret duo nō pn̄t eſſe inſolidū Dn̄i .l. ſi vt certo.§.duobus vehiculum.ff.cōmod.ad hoc rn̄deo ꝙ ille tex.pcedit eodē iure. ſecus diuerſo iure ꝓ vt eſt i imperatore nā imperator eſt Dn̄s iure vniuerſi: alii aūt ſunt Dn̄i iure particulari & hoc notāter dixit Bar. in extrauagāti ad reprimendū in verbo totius declarāt ēr Moderni portugalēſes in.l.imperiū col.xi.ff.de iuriſ.om.iud.declarāt ēt moderni in.ca. cū nō liceat i vlti.col. de pſcrip.ſed totius ideſt teſtamenti & legati nō eſt idē iudiciū.d.l.ex parte ergo legatum non eſt pars:
¶ Sexto appellatione ptis venit totū.l.ii.C. de hered. inſt.l.i.§. ſi ex fundo .ſ̄. de hered. inſt. & tñ appellatione legati nō venit teſtm̄ tex.eſt not.i.l.ēt fideicomiſſum.ꝭ. de leg.iii.

¶ Cōtra cōmunē plura faciūt vltra Doct. pri mo illud quod est accessorium alicuius rei illud lex partē appellat ꝙ patet in substitutio ne pupillari vt in. §. liberis inst. de pupil. que dicit̃ sequella & pars: cōprobat̃ itidē: codi cilli dñt̃ accessorii ad testm̄ .l. ꝙ p manuf.ſ. tit. i. & ibi not. & in. l. i. C. de cod. & tñ dñtur pars testamēti. l. pen. ſ. quema. test. aperi. cō probat̃ idē p tex. in. l. quod. si nolit. §. fi. ff. de edili. edi. & p tex. in. l. in rem. §. si qs rei sue. ff. de rei vend. & p tex. in. l. itaqꝫ. ff. de edili. edi. iuncta. l. lōge. ff. de diuer. & tempo. prescrip. que iura dicunt ꝙ illud quod est accessoriū & pars dicit̃: dimitto plura alia breuitatis cā.

¶ Scd̃o ꝯsidero tex. inst. de leg. in princ. dū dicit̃ ꝙ legatum est pars iuris intelligo idest testi quod qdē dicit̃ esse iuris. l. iii. ſ. de test. & sic erit ibi casus ꝙ legatum erit pars testi.

¶ Tertio stipulatio pōt esse sine die. § omnis inst. de ver. obl. tñ vbi stipulatio habet in se diē illa dies dicit̃ pars stipulationis. l. i. §. diē. ff. de edēdo ita dicā testm̄ pōt esse sine leg. l. i. §. q neqꝫ. ſ. de here. inst. ergo vbi testm̄ ha bet i se legatū illud legatū debet dici ps testi

¶ Quarto de relicto ad ius accrescēdi. est bo num argumentum quia ꝙ quis habet virtute iuris accrescēdi perinde est ac si haberet vir tute legati sed ius accrescēdi est pars testamē ti secundū Bulgarinū Senensem in sua dispu tatiōe col. ii. ergo legatū erit pars testamēti.

¶ Quinto sicut heres dicit pars testamenti ꝓpria.l.q̄ conditio.ff.de ꝯd.& demon. ita ēt legatū debet dici pars quia legatarius dicit heres saltem improprie vt per scribentes in Rub. & precipue p Soci.ō. de vul. & pupil. qui allegat tex.in.l.id tempus.ff.de vsuca.
¶ Sexto probo elegāti rōne legatū est pars hereditatis pro vt est certi iuris & testm̄ in effectu nihil aliud est nisi dispositio ipsius hereditatis ergo legatum est pars testamēti.
¶ Septimo in vltimis voluntatibus ꝯsideratur cōmunis vsus loquēdi q preualet omni proprietati verboꝝ pro vt est tex.iūcta glo.in.l. libroꝝ.§.ꝙ tñ cassius .ff.de leg .iii. & not. p Bar.in.l.siquis in princ.eod.tit.& per eundē in Rub.ff.de op.no.nun.sed cōis vsus loquēdi est ꝙ legatū sit pars testamēti nam cōiter dicunt homines ꝙ qui habet legatū habet partē testi ergo legatū debet dici pars testi.
¶ Et tenendo ꝯtra cōmunem nō obstāt que adducunt pro ea primo nō obstat tex. in.l. malū quia rñdeo distinguendo de parte nā duplex reperit pars vna principalis alia minus principalis & hoc colligit ex mēte Bar. in.l.ii.versiculo sed quero qd appellatur mēbrū.ff.de pub.iudi.vel dico ꝙ duplex reperit pars vna integralis alia accidētalis pro vt est de mēte Iasonis hic.& alioꝝ.immo pōt dici quod sit multiplex pars:pars integralis loci substātialis:secūdo pars subiectiua seu predi

ramentalis tertio sit pars quotitatiua & quar
to loco pars accidētalis pro vt dictum est de
qbus satis liquet ex mēte Doctorū hic & ēt
liquet p Bar. in.l. re ꝯiuncti in.iiii. col.ỹ.de
leg.iii.rn̄deo ad tex in.l.malū ꝙ ille tex.lo-
quit̄ de parte principali seu substātiali nā ma
lū est de substātia nauis seu de principalibꝰ.
¶Nō obstat quod inclusio vnius tex.qa illa
lex ꝓcedit in ꝓhibitiuis pro vt loquitur tex.
sed ista solutio non est vera vt per glo.ibi.
¶Secūdo rn̄deo ꝙ illa lex nō procedit qn̄
rō que militat in premissis militat ēt in casi-
bus q videntur ꝓhibiti sed auctoritas legis
que est ꝙ legata sint accessoria militat ēt ꝙ
sint partes vt in.d.l.ꝙ si nolit.§.fi. cum aliis
allegatis.s̄.& p ista solutione est glo.in.d.
l.cum pretor.
¶Nō obstat tertio loco tex.in.l. que ꝯditio
quia dico ꝙ ibi testm̄ ꝯsiderat̄ pro ipsa insti
tutione heredis.§. ante heredis inst. de leg.
ideo legata nō dn̄tur pars institutionis quia
ipsa ꝯsistit sine legatis.d.l.i.§. q neq̄ sed bn̄
legata quatenus ꝯtinētur in testō dn̄tur pars
testamenti.d.l.pen.nec ille tex. hoc inficiat̄.
¶Nō obstat quarto loco tex. in.l. malū qa
rn̄deo vt ibi p glo.
¶Non obstat quinto loco quia videlicet
doctrina Bar.in.l.q vsum fructū quia illa do
ctrina Bar.procedit in parte integrali.
¶Nō obstat sextū quia aliqd pōt dici pars

alicuius totius & tñ non habebit idem iudi
cium prout dicunt Doct.in l.que de toto.
¶ Nõ obstat septimũ quia possum responde
re dupliciter primo ꝙ ibi appellatione par-
tis venit totum ne quis ꝑ parte testatus mo-
riaẽ & pro parte intestatus ꝙ ius nostrũ non
patiẽ regula ius nostrũ vel secundo rñdeo ꝙ
ẽt appellatione legati venit testamẽtũ prout
dicit Bar.ibi nã verbum lego importat insti-
tutionẽ heredis.s.verbis legis.ff.de verb.sig.
¶ Posset tñ dici ꝙ Cyn.& Alex.recte fuerint
locuti intelligẽdo eoꝝ mentẽ intrinsecã ta-
lem extitisse videlicet ꝙ legata nõ sint par-
tes testamẽti.s. integrales & ꝙ ista eoꝝ fuerit
mens patet quia allegãt tex.in.l. malum que
loquiẽ de parte integrali seu principali:& di-
cta Doct. sunt intelligẽda secundũ iura que
ipsi allegãt iuxta doctrinã Bar. in.l. nõ solũ.
§.liberationis verba.ſ. de liberatione legata
non aũt fuerunt inficiati ꝙ legata nõ potue-
rint dici partes in genere vel accidentales nã
si hoc fuissent inficiati male loquerenẽ cogi
ta tamen si ista fuerit eorum opinio.
¶ Posita ergo ista ꝯclusione ꝑ vera ꝙ lega-
ta sint partes accidentales vel gñales quero
an possint dici partes subiectiue vel ẽt inte-
grales de qbus dicas vt p Bar.in.l.q vsumfru
ctũ.ff.de ver.obl. & per Bar. in.d.l.re ꝯiũcti.
& per Dec.in.l. in toto de reg.iur. ad que lo
ca te remitto pro declaratione.

¶ Circa

Circa primā difficultatē ꝯcludit hic Soci. enior legatū esse partē subiectiuā ꝯsiderādo estm̄ ī genere put est testatio mētis. vt inst. le test. in princ. idē Soci. tenuit in. l. si mihi & tibi. §. in legatis. col. iiii. ī. eo. & reperio ꝙ Raynerius in. l. ii. ī. e. visus est hoc dicere dū ixit ꝙ ī illo text. ea est rō quare a quo remo et genus, remouet quelibet eius species: & ic sentit ꝙ legatū sit spēs testamēti: & sic ps ubiectiua. & illam rōnem sequit Lancello us Decius ibi: testm̄ etiā cōsiderauit in gn̄e ubtillis Aret. in. i. saluatione glo. Rub. s. & nte alios ꝯsiderauit. Bal. in. l. i. col. fin. s. de est. vbi dixit ꝙ sicut genus complectit suas pēs: ita ēt testamētū complectit suas species. uta legatū & alias spēs vltimarū voluntatū isus est ēt hoc dicere. Salī. i. l. filiifamilias. .famil. herc. & Paul. de cast. in. l. ꝓxime. s. e his q̄ in test. delen. quas auctoritates Soci. ic nō adducit neq̄ qsq̄ alius quē viderim & testamentū cōsideret vt genus patet illud icit esse genus ꝙ predicat de pluribus diffe entibus spē. §. plebs. inst. de iure natu. sed te amentū predicat de pluribus de legato de odicillo & de aliis: vt inst. de test. in princ. & s. per Bal. & est tex. in. l. vnica. C. de cad. ol. §. fi. si ergo legatū est spēs testamēti ergo ars subiectiua sic ēt dr̄ de adoptione q̄ cōsi erat vti genus arrogatio vt eius spēs & ipsa rrogatio dicit ps subiectiua adoptionis vt

in.§.iii.institu.de adopt.

¶ Secundo cōsidero text.in.l.ii.§ eo. iuncta prefata rōne Raynerii qui tex.dicit ꝙ qui nō pōt testari non pōt legare:quia testamentum est genus legatū est spēs, & eo quo remouet genus remouet quelibet eius spēs vt per eum & vltra ipsum facit illud qđ dicunt Doct.in l.imperiū.ff.de iurisd.om.iud.vbi dicunt ꝙ cui conceditur iurisditio in genere : cōceditur quelibet eius spēs:puta merū & mixtū impe rium q̄ sunt spēs iurisditionis : & hoc dixit not.Bart.§.solu.mat.si ergo cui conceditur ge nus cōceditur quelibet eius spēs ergo a quo re mouetur genus:remouetur quelibet eius spēs:& tantū operatur oppositū in opposito quantū ꝓ positū i ꝓposito.l.& si ꝯtra.§.de vul.& pup.

¶ Tertio cōsidero text.in.l.si is qui.§.de te sta.vbi testator destinauerat facere testamētū ac ēt facere legatū & cū iam fecisset testamen tum quo ad instōnē obmutuit in legato,& sic mortuus est,dicitur in illo tex.ꝙ testamētū nō valet & rō est ſm Doct.qa illud testamen tum cōprehendebat legatū de necessitate in ducas illū tex.sic si cū genus cōprehēdit suas spēs de necessitate & ille spēs dicuntur partes subiectiue generis,ita ēt cum legatū testamē tum cōprehendat ibi de necessitate infert ꝙ legatū est pars subiectiua testamēti.& idē di cunt in ꝓposito Moder.Portu.in.l.imperiū. ff.de iurisd.omn.iud.col.xiiii.ꝙ ex quo me

rum & mixtū imperiū cōprehenditur sub iu
risditione q̄ dicit̄ pars subiectiua iurisditio,
nis & istam inductionē ita coloratam non fa
ciunt Doc.& qđ iste tex.hēat locū in legatis
sequunt̄ cōiter Doc.& vltra eos moueor pri,
mo isto fundamento vbi rō est gn̄alis dictū
legis particulare lex cēset̄ esse gn̄alis & ratio
pōt esse,quia lex est qcquid in rōne consistit
prout.s̄.dictū est in cōtinuatione rubricarū,
licet ergo lex illa loquit̄ in primis & secūdis
heredib⁹:tn̄ ratio illa est gn̄alis que est q̄ de
fectus volūtatis vitiat testamentū:quia cōstat
eum voluisse facere plures heredes que rō est
gn̄alior dicto:ergo dictū erit gn̄ale in quo,
cūq̧ herede & sic ī legatario qui dicit̄ heres,
vt est tex.in.l.id tempus.ff.de vsuc.quem tex.
allegat Socin.in rubri.s̄.de vulga.sed illum
tex.dicit Hippolitus nihil facere in suo tracta
tu substitu.col.ii.& allegat alium tex.in.l.lu,
cius.§.fin.ī.de leg.iii.& si dicat̄ est heres im
proprius:tn̄.d.l.si is.debet habere locū etiā
in herede improprio.per tex.in.l. filium ha,
beo.ff.ad senatuscons.maced.iuncta.l. si duo
nepotes.s̄.de testa.tutela.

¶ Secundo ille tex.loquitur in secūdis here,
dibus & per ꝯn̄s in substitutione. nam substi
tutio est secūda institutio per ꝯn̄s secūda in,
stitutio est substō vt omnis diffinitio cōuer,
tatur cum suo diffinito.vt dicunt Doctor.in
rub.s̄.de vul.& tn̄ illa substitutio non est de

ſubſtantia teſtaméti,quia teſtm̄ pōt eſſe ſine ea:vt eſt ratio iuris & tn̄ defectus voluntatis in ea vitiat teſtm̄.ergo ēt defectus voluntatis i legato:licet legata nō ſint de ſubſtātia teſti.
¶ Quarto & poſtremo ego ꝯſidero text.in.§. his igit in auct.de her. & fal.vbi dicit tex.accepit legatū per ſpēm & ſic ibi legatū eſt ſpecies teſtaméti & ſic pars ſubiectiua.nā quod eſt ſpēs alicuius rei & illius dicit eſſe ps ſubiectiua.ſm Bar.i.l.q vſumfructū.ff.de ver.obl.
¶ Cōtra Socinū tenet Iaſon & Dn̄s Carolus hic preceptor meus & Moderni bononiēſes & cōiter Doc.& pro eoꝝ ſententia aliqua ex mēte eoꝝ adducā preter ēt mentē eoꝝ aliq̄.
¶ Primo ea eſt natura partis ſubiectiue vt ea poſita de neceſſitate ponat genus vt cū poſito hōie que eſt pars ſubiectiua animalis de neceſſitate ponit animal.ſm Bar.i.l.iuriſgētium.in.§.ſed ſi fraudandi.ff.de pac,fallit tn̄ in parte integrali,qa ea poſita non ponit totum integrale.ſm Deciū in regu.in toto de reg.iur.Sed poſito legato de neceſſitate nō ponit teſtamentū,quia legatū pōt fieri in codicillis ſm cōem opin.vt.ſ.dictū eſt.& iſtud fundamentum facit hic Iaſ.& Cro.& Rui.
¶ Secundo adduco glo.in.l.licet.C.de pac. in fi.qui dixit ꝙ reperit vltima volūtas in genere non aūt teſtamentū quæ cōprehēdit teſtamentū codicillū & legatū. & illā gloſ.vti ſingularē,ſequit Ang.in.l.iii.§. genera.ff.de

ıeq.poſſ.idem Ang.in ſua not.diſputatione
incipi.Aſtenſis miles.col.viii.Imo.l.in.l.tam
ıis.§.i.ff.de dona.cá mor.& Rui.hic & mo=
lerni Bononienſes poſtremo et do.Io.cam
ɔeg.in.d.l.licet.ſi ergo teſtamentum eſt ſpés
:rgo legatú non pót dici ſpés & pars ſubie⸗
ɫiua teſtaméti,qa ſpés non pót dici pars ſub⸗
ectiua alterius ſpéi. nam pars ſubiectiua cóſi
leratur habita róne ad genus vel ad ius vni=
ıerſale.vt dicit Batt.in.d.l.re cóiuncti.& etiá
licunt Portugalenſes in.d.l.imperium.
¶Tertio pro iſta opi.& hoc preter mentem
:orú,genus cóprehendit ſuas ſpés .ppríe.ita
enet Soci.in.d.l.que conditio.de condi.&
lemó.Bal.in.l.de qbus.ff.de legi. Dec.in re
gula in toto.de regu.iur.ſed teſtamentú non
:óprehédit codicilú .ppríe.l.ſi dié.C.de co⸗
li.ergo teſtm̃ non eſt genus nec conſiderari
ɔót vt genus & ſic legatú nó eſt eius ſpés.
¶Quarto & hoc vltra Doc.genus cóſiſtit ex
uis ſpébus.l.ſi qd eaꝝ.§.interéptú.& ibi no.
Doct.in.d l.i.i.& eſt de méte Batt.in.d.l.iu=
is gentiú.§.ſed ſi fraud indi.q ſpés ſunt par
es ſubiectiue generis: ſed teſtm̃ non conſiſtit
egatis.tex.eſt in.l.i.§.qui neq.ff.de here.in⸗
tit.not.Soci.per illum text.in.l. que condi⸗
io.ff.de condi.& demonſt.ergo &c.
¶Quinto,& hoc vltra Doc.conſidero textú
nſtit.de leg.in prin.vbi dicit q legatum eſt
ɔars iuris.ergo nó eſt pars teſtaméti,qa inclu

sio vnius est exclusio alterius.d.l.cũ pretor.
¶ Sexto moueor dispositũ in genere censet dispositum in qualibet eius specie. fm Bart. in.l.fin.§.solu.mat. sed dispositũ in testamẽto non censetur dispositũ in legato.l.ex parte.ff.de alimẽ.leg.ergo legatum non est spẽs testamenti,& sic pars subiectiua.
¶ Et tenendo istã partẽ contra Soci.ad ea q̃ adducta sunt ꝑ eo.sic posse rñderi existimo.
¶ Non ob.primo ꝙ testamentũ consideret vti genus:qa hoc inficiari põt ex his q̃ paulo ante dicta sunt.vel secũdo põt dici ꝙ ex quo testamentũ non cõprehẽdit codicillũ ꝓprie & sic legatũ,ꝙ legatũ nõ sit pars subiectiua.
¶ Non obst.secũdo loco tex.in.l.ii.ff.eo.qa dico ꝙ ille tex.nõ habet illã rõnẽ,qa nõ est expressa in tex.& hoc ẽt dicũt mod.Bonoñ. sed vltra eos facit illud qđ dicit Bar.in.l.liberorum.ff.de verb.signi.vbi refert opin.quorundã circa illud statutũ qui dicebãt ꝙ tale statutũ stãtibus masculis filie femine dotate non succedũt habebat eam rõnẽ,vt ius agnationis conseruet in familia masculorũ.Bart. ibi videt reprobare:qa illa rõ non est expssa. sed tene mẽti ꝙ illa ratio est cõis pro qua est tex.in.l.i.in.§.fin.ff.de vent.inspic.& eam ẽt rõnẽ sequit Crot.in.l.qui rome.in.§.duo fratres.col.iii.ff.de ver.obl.vñ mod.hic Bononien.adducunt aliam rõnẽ ad illũ tex.quam non refero qa meo iudicio est eadẽ condito

cōtra no.in.l.re ꝯiūctim.p Doc.ſ.de leg.iiii
¶Quere vltra eos & ſcribentes ēt in.d.l.ii.
aſſigno pulcherrimā rōnem quare eſt ꝙ qui
non poſſit teſtari nō poſſit legare & dico eā
eſſe rōnē quia legata ſunt acceſſoria teſtamē
ti vt.ſ.ſuit firmatum vnde a quo remouetur
principale remouetur acceſſorium.
¶Sed iſta ratio que videt̃ multum colorata
confunditur qa legatum in potentia non eſt
acceſſoriū ad ipſum teſtamētū: ſed quatenus
accedit teſtamēto & hoc ēt dixiſſe videnť mo
derni Bononieñ.in iſta rub.col.iii.ꝙ legatū
in potentia non ſit acceſſoriū in teſtamento
ſed tex.in.l.ii.loquitur in potentia.
¶Secundo confundit̃ per tex.in.l.tam is.in
§.i.ff.de dona.cā mor.cōſiderando illū text.
qui loquit̃ de donatione cā mortis que equi
peratur legato.l.illud.ff.de don.cā mor.qui
tex.probat ꝙ donatio cā mortis & legatū in
potentia nō ſunt acceſſoria teſtamēti: quia ſi
eſſent acceſſoria filiusfamilias nō poſſet do-
nare cauſa mortis,quia acceſſoriū ſequit̃ ve-
ſtigia ſui pricipalis quare reiecta iſta ſolōne.
¶Aſſigno aliā.nam qui non pōt teſtari,non
pōt nec codicillari.l.diuus.§.pe.ſ.ti.preced.
cum ergo legata fiunt in his ſequitur ꝙ non
poterit legare qui prohibetur teſtari.
¶Vel pōt dici ꝙ rō Rayne.ſit vera nec ob:
ꝙ dicebatur ꝙ non erat expreſſa: quia poſſet
dici ꝙ eſt vnica q̄ habet̃ pro expreſſa.p text.

in.c.suggestú.& ibi not.Dec.de appel. si ista ratio retinet non est respõsum quare dico q̃ ista nõ est vnica rõ,quia lex p̃sumit emanasse cum pluribus rõnibus, arg.tex.in.l.cũ filius. §.variis.de leg.ii.cogita tamen de aliqua bona ratione ad illum tex.

¶ Non obst.tertio loco.tex.in.d.l. si is,quia posset rñderi.primo q̃ ille tex.non habet locum in legatis,put dicebant antiq quos refert Pau.de cast.in.d.l.si is.& ẽt hoc dicit Socin.iunior,sed ista solutio nõ est bona: tum quia est contra cõmunem: tum quia etiã est contra illum tex.eo modo supra cõsideratũ.

¶ Quare rñdeo & melius & aliud quod ibi testm̃ cõprehẽdit legatũ non equidẽ ex natura sua sed accedẽte volũtate testõris: sed genus cõprehendit suas spẽs ex natura sui & sic potius legatũ est spẽs volũtatis q̃ testamẽti.

¶ Vel aliter ẽt rñdeo q̃ esto q̃ ibi testamentum cõprehẽdat legatũ tñ legatũ ibi nõ põt cõsiderari spẽs vel pars subiectiua testamenti quia ibi testamentũ cõsiderat̃ in specie non in genere.nã ibi testator qñ ordinabat testamentũ,decreuerat legare, quo casu spẽs subiectiua cõsiderat̃ habita rõne ad genus vt.s. dictum est.& ita itelligit Soci.& sic ille tex. non meruit adduci.

¶ Non obst.text.in.§.igit̃.quia legatũ dicit̃ spẽs quia spẽm cõtinebat & res denominat̃ qñq̃ a subiecta natura.arg.tex.in.l. si vno.ff.

locati.& in.l.insulā.de prescrip.verb.& facit doctrina Bar.in.l.d.mouentiū.de verb.sign.
¶Credo tñ q opi.Soci.sit verior in puncto iuris videlicet q testamentū cōsideret in genere prout rōne & auctoritatibus fuit demōstratū.s.& addendo vnā aliis prioribus dico q bonū est arg.ab ordine rubricaꝝ.vt habet abunde p Ias.in rub.insti.de actio.sed in hoc libro dictū est prius de testamētis deinde de codicillis,deinde de legatis.ergo legatū est spēs ipsi⁹ testamēti & testm̄ est genus.nā ad cognitionē spērū debet precedere cognitio gn̄is.l.i.& ibi no.ff.si cer.pet.&.§.his igitur gn̄alr.inst.de iust.& iur.& tenēdo ēt hāc partem non obstant que adducunt contra eum.
¶Et primo nō obst.q posito legato nō ponatur de necessitate testamentū:quia ad hoc ego rn̄deo qđ istud est falsum:nā dico q posito legato de necessitate ponit testamētū in genere.nā legatū est testatio mentis: testatio mētis est testm̄.vt instit.de test.in prin.ergo.
¶Non obst.scđm:quia dico q testamentū prout est testatio mētis consideratur vt vltima volūtas:vel scđo rn̄deo ad illā glo.q ibi gl. appellat illud pactū vltimā volūtatē esse nomen generis:qa illud pactū est nomen generis.l.i.§.adeo.ff.de pac.sed nō dicit illa glo. q testm̄ non possit considerari vt genus.
¶Non ob.tertiū quia dico q testamentum prout est testatio mentis cōprehendit pprie

legatum & dato q dicat cōprehendere improprie: si non dicatur pars subiectiua ppria erit impropria.

¶ Non obst. quartū quia fateor q testamentum non consistit ex legatis in ipsa ordinatione testamēti: ita pcedat tex. in. d. l. i. §. qui neq. secus si consideret testamentū prout est testatio mentis: qa ista vltima voluntas consistit ex speciebus puta ex legato codicillo & donatione causa mortis.

¶ Non obstat quintū, quia pōt rñderi dupliciter. primo vt dixi supra. secundo rñdeo q ille tex. habet hunc sensum q legatū est pars iuris id est pars tractatus ipsius iuris. vt vult ibi glo. non aūt ille tex. inficiat q legatū nō possit dici pars subiectiua testamēti in genere considerati nō obst. vltimū, quia dico q ille tex. pcedit testamento iam ordinato secus si testamentū consideraf in genere prout cōsiderat Soci. hic. & sic remanet eius opi. cōiter reprobata desēsata. & de hoc ē text. i. l. ii. ꝟ. e.

¶ Secūda cōclusio est Soci. senioris q legatum est ps subiectiua testamēti in specie sumpti in quo factum reperit & ista conclusio vt hic per eū fundat tali fundamēto quot sunt legata tot debēt iudicari testamēta. arg. text. in. l. scire debemus. ff. de verb. obli. & sic fm eum cū testamentū prediceſ de pluribus cōtentis in eo queadmodū genus predicat de pluribus cōtentis in eo & illa pluta dicūtur

ites subiectiue generis:ita ēt legatum cum de pdicatis ipsius testamenti erit pars sub ctiua testamenti.

Conclusio ista Soci.mihi nō placet: quia fundata in falso fundamento & pñti de ucto, destruitur antecedēs. nā lex scire de mus non habet locū in vltimis voluntati s & hoc demōstraf.primo p text.in.§.his itur.inst.de pup. vbi tex.dicit due sunt he ditates & vnum est fundamentum.

Secūdo in.l.scire debemus.ideo in eā tot nt stipulationes, quot sunt res:quia diffini o stipulationis nō repugnat rebus cōtentis ea secus & in legatis.nā diffinitio testamē repugnat legatis.fm Bar.in.l.i.ō.de testa. ideo cui non cōuenit diffinitio nō ꝯuenit ffinitum.l.i.§.dolum.cum ibi not.

Tertio lex scire debemus.nō pōt hēre lo m in vltimis volūtatibus:qa sequeref ab rdum ꝙ qs moreref cum plurib' testamē ꝙ est incōueniens de iure cōi.& ita dixit c do.carolus preceptor meus, sed istud ni est dicere prout dixi supra & etiā Bono enses hic dicunt vt hic per eos.

Vltimo dico ꝙ legatū non pōt dici pars biectiua testamēti in specie sumpti, qa pars biectiua consideratur habita ratiōe ad ge s vt.ō.dictum est in precedenti ꝯclusione sic teneo contra Soci.in ista conclusione.

Tertia est ꝯclusio ꝙ legatū nō est pars in

tegralis testamẽti in genere sumpti hoc pa-
cto eá declarádo ꝓut volumus ipm testm̃ or-
dinare. vt. l. i. §. qui neq̃. s. de here. insti.
¶ Sed vltra doct. q̃ro quare lex nõ fecit isto
casu legata eẽ partẽ itegralẽ ea pót assignari
ratio. nam sicut matrimonia debẽt esse libe-
ra. l. titia. de verb. ob. ita ẽt facultas legandi.
l. i. C. de sacrosanc. eccl. ꝙ nõ ita esset si in te-
stamento quis cogeret legare cogita tamen
de meliori & cum ista cõclusione transeunt
Doct. indifferenter hic.
¶ Sed ista cõclusio reddit dubitabilis consi-
derando fm Bononienses hic ꝙ duplex dat
pars integralis vna sit pars itegralis sine qua
totũ consistere nõ possit vt est caput in femi-
ne. nam id est pars integralis ipsius hois sine
qua hõ consistere nõ possit. itẽ parietes sunt
partes integrales dom⁹ sine q̃bus ꝯsistere ipsa
domus nõ pót. vt dictũ est. alia est pars inte-
gralis sine qua ꝓpterea totũ consistit vt pes
seu manus i hoie sine q̃bus homo erit. ergo
dicendũ erit ꝙ legatum possit dici pars inte-
gralis licet testm̃ possit stare sine legatis.
¶ Sed pót saluari ista cõclusio vt dicta cõclu-
sio intelligat de parte integrali principali, se-
cus est in parte minus principali & ista salua-
tio videt esse ex mente Bononiensiũ hic.
¶ Sed ista opi. modernorũ mihi nõ placet.
nam licet pes possit dici pars integralis ipsi⁹
hois. legatũ tñ non pót dici pars integralis

in casu dicte ↄclusionis: qa pes in hoie bene pōt dici pars itegralis,quia requirit ad perfe ctionem eius:sed legatū nō requirit ad perfectionē testamēti.& ideo non pōt dici pars integralis minus principalis dum testamentum ordinatur cogita tamē si tibi placet ista mea opinio contra modernos.

¶Quarta & vltima sit cōclusio Soci.senioris:omissis aliis q̄ fiunt p Soci.iuniorē ꝙ legatum pōt considerari pars integralis principalis atq; substantialis capiēdo testamētū pro forma essentiali que ↄcluditur in vltimo puncto,prout not.Bal.& Imo.in.l.si his qui.ff.de testa.declaro istā conclusionē si.n.testator destinauit facere testamentū ac ēt se velle legare forte qa protestatus erat. & fecerit testamentū & in actu legādi nondū ipso legato expresso & declarato mortuus fuerit quo casu ista totalis ordinatio cōsideratur vt forma que concludit in vltimo pūcto:cōcludit hic Soci.senior ꝙ istud testamentū non valet ex defectu legati & sic est pars integralis legatum.nam illa dicit pars integralis ex defectu cuius totū corruit. ergo legatū est pars integralis,quia ex defectu eius ipsum testamentū defuit.d.l.si his qui.& cum ista conclusione transit Paul.de cast.in.d.l.si his qui.& eā esse communem Soci.iunior hic attestatur.

¶Et pro ista cōmuni omissis que per Doct. hic dicunt aliqua adducā.prio adduco text.

in.l.ita stipulatus.in. prin.ff.de verb.obl.vbi si cõtrahentes destinarunt apponere diem in stipulatione cõficiēda: & dū conficeret fuit omissa dies que est de qualitate. ꝯtractus. fm Alex.in.l.i.§.diem.ff.de eden.& hic dicit ēt Ias.& no.p gl.in.l.duos reos.ff.de duo.reis. & ꝙ sit de qualitate ꝓbat ea rõne illa dicit esse qualitas q se habet ad esse & nõ esse ꝑter subiecti corruptionē sed dies se habet ad esse & non esse ꝑter subiecti corruptionē.§.ois. insti.deverb.obl.ita ēt dicendū est in legato ꝙ est de qualitate accidētali ad ip̄m testamētum vt.s̄.dictū est ꝙ eius omissio vitiat testamentū:qñ fuit destinatum vt fieret.

¶Secūdo adduco tex.in.l.contractus.C.de fide inst.vbi si cõtrahentes destinarūt facere contractū cū scriptura & fecerint cõtractum & nõ interuenerit scriptura q̄ non est de substantia cõtractus neq̧ de substātia cõsuetudinis.licet sit de substātia legis.§.cõstat.instit. de iure nat.& ibi no.p doc.& p Bar.in.l.moribus.in.i.col.scripture omissio vitiat ipsum contractū:ita dicendum est ꝙ omissio legati destinati debeatvitiare testamentū arguendo ēt de cõtractibus ad vltimas volūtates ꝙ est validum in iure.vt not.per Doct.in.l.que delegato.ĵ.de lega.i.

¶Tertio testamētū dicitur indiuiduum.fm Bar.in.l.i.i vltima col.s̄.de testa.& est tex.in l.heredes palā.§.fi.& ibi not.Pau.de ca.c.§.

sed in idiuiduis corruptio ptis est corruptio
toti⁹.ar.eorú q̃ no.i.l.iii.§.cato.ff.de ver.ob.
¶ Quarto nihil dr̃ esse pfectú donec aliquid
supest ad agendú.l.cú sillenianum.C. de his
quib.vt indig.si ergo volútas fuit imperfecta
quia nõ suit factú legatú prout erat destina-
tum testm̃ vitiabitur qui ẽ volútas impfecta
rõne voluntatis, secus qñ est impfecta rõne
solénitatis vitiat testm̃ inter liberos. vt no.p
glo.in.d.l.si is qui.not.Doct.in.l.hac consul
tissima.§.ex ĩpfecto.C.de testa.nec obst.tex.
in.l.fi.C.famil.hercis.quia rñdeo q̃ ille tex.
loquitur de impfectione solénitatis non aút
volútatis: prout ibi per Bal.eadẽ rõne nõ va
lebit testamentú ad piam cãm ex quo infero
q̃ si qs dixisset corã testib⁹ se instituere eccle
siam.& tñ cú vellet vltra pcedere morte pre-
uentus nõ potuit, diceret qlibet q̃ testamẽtú
valet fauore pie cause.arg.tex.in.l.sunt perso
ne.ff.de relig.sed istud non est verú prout te-
nuit Pau.de cast.in.d.l.si his qui.cõsuluit ẽt
pro ista parte q̃ nõ valeat testamentú Oldr.
in consi.cxliiii.consuluit ẽt Pau.de cast.in cõ
sil.cclxiiii.& Alex.in cõsi.xcvii.in.i.volu.q̃
perpetuo notabis quia lex si is habet ẽt lo-
cum in pia cã.ex quo infertur q̃ dispõ gñalr
oquẽs includit ẽt personã priuilegiatã pro-
ıt no.ẽt p Bal.in.l.in fraudẽ.in.§.fi.ff. de te-
ta.mil.q̃ est cõtra not.p Ias.in.l.i.ff.sol.mat.
ro cõcordia aut lex gñalr loquitur & in eo

casu quo loqtur gn̄alr loqtur psona priuilegiata esse reperit: & lex nō cōprehēdit psonā priuilegiatā aut nō reperit priuilegiata & lex cōprehēdit psonā priuilegiatā & ista distinctio q̄ est multū not. vī esse de mēte Bal. in. l. in fraudē. & eā expsse fecit Deci. in. l. i. de reg. iur. & huius doctrine not. rō pōt esse. nam si persona priuilegiata i casu quo lex loquitur generalr includeret: suum priuilegiū infringeret & hoc casu spēs nō derogaret generi: qđ vtiq fieri debet & ex pdictis infert vna not. regula q gn̄alis distinctio oēs casus cōtinet & vbi nulla fit per. l. exceptio. nō debet fieri per hominē que omnia bñ notabis que sint pulchra & noua hic.

¶ Contrarium tñ tenuerūt quidam antiqui quorū noīa nō refert Pau. in. d. l. si is qui. qui dixerūt q si in terminis illius. l. fuisset defectus volūtatis in legato sicut fuit in īstitutione heredis q testamentū valuisset ex quo ibi testamentū habuisset suā formā & sine legatis pōt subsistere. d. l. i. §. qui neq legaturus. quā opin. amplexus est. hic Marian. Soci. sed meo iudicio debilib⁹ fundamentis & pro ista opin. vltra Doct. & do. Mari. qui adducit hic quq fundamēta vt hic p eū q̄ mīme refero:

¶ Et primo ɔsidero tex. in. d. l. si his qui. qui tex. loquit fm Dyn. in pluribus heredibus vt ibi p Pau. ergo nō debet habere locum in legatis qa longa & diuersa est rō inter heredē

& le-

& legatariū.l.ex parte.ꝭ.de alimē.leg.prete rea defectus in forma est maior quā sit in ma teria.vt per Bar.in.l.i.§.si quis ita.ff.de verb. obl.sed legatū non est de forma testamenti. d.l.i.§.qui neq̧.ꝭ.de here.insti.ergo legatū est de materia.ergo illa lex nō debet hēre lo cum in legato & consimili rōne vtitur Pau. de cast.in.l.circa.col.ii.circa medium.ꝭ. de here.insti.

¶ Secundo allego tex.in.l.cū pr̄.in.§.vicos. ꝭ.de leg.ii.vbi est tex.ꝙ si testator facit testa mentū & cum destinasset facere legatū & in eo apponere cōfinia & morte preuētus non potuerit exprimere confinia rei legate, ꝙ te stamentū & legatū valet ꝙ verum puto si res legata alio modo est certa & idē puto in vē ditione.vt est casus in.l.cū seruo.§.fina.ff.de cōtrahē.empt.alias ꝓpter incertitudinē vitia retur legatū & contractus ex quo ego infero libellum ꝓcedere ī quo quis petat rē sitā in tali loco licet nō exprimat cōfinia dūmodo reus ex forma libelli possit reddi certus de re que petit̄.alias secus vt in.l.si rē.ff. de rei vē.

¶ Si ergo ibi non vitiat̄ testamentum ꝙ hā buit suā formam ꝓpter defectū voluntatis in cōfinibus rei legate qui cōfines sunt de qua litate.ſm Bart.ibi ita dicendū est ꝙ defectus voluntatis in legato ꝙ est de qualitate testa mēti.d.l.i.§.q neq̧.nō habeat vitiare testm̄.

¶ Tertio adduco tex.in.l.ii.ꝭ.de here.instit.

